

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de  
Antverpiæ, 1649**

§. 12. Accedentes Discipuli. Christus hoc eis negat, quod pro muliere hac requirebant, vt eius ostendat virtutem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](#)

*mibi* petita non indulserit , nec à labore liberatur; nec ætumnis,nec infirmitati finem dede-  
rit,concessit mihi iamen virtutem, auxit vires,  
diuinam suam gratiam, ecclæsia dona multipli-  
cauit, ut maiori merito possem patienter aduer-  
sa sustinere, & hoc est quod addidit: *Multiplica-  
fi in anima mea virtutem.*

Nota: D. Chrysol. aliam lectionem: *Confi-  
d. 31 tuus anima mea virtutem. id est, semper me ro-  
gantem exaudiens, constituendo, concedendo &  
largiendo virtutem quandam auxiliarem, quā  
labores omnes, omnes aduersitates infraest ani-  
mo, & multo meritorum lucro possum tolera-  
re. Ex hoc intellige Christi verba: *Petite & ac-  
cipiatis; omnis qui petit accipit. Non dicit;  
Ioh. 11.9 petite, & accipiat id quod petit, sed accipiat.  
Nec dicit, omnis qui petit, accipit id quod petit  
sed absolute accipit: quia si non accipit id quod  
petit, necei Deus vel bo responder, accipit id  
quod est illi salutare; sive quippe, non nobis  
conuenit id quod petimus, & nobis Deus id non  
concedit, sed dat nobis vires, spiritum, gratiam  
suam, & hoc (teste D. Greg.) præstantius est be-  
neficium, non nobis laborem asserre, sed dare  
virtutem, patientiæ, ut alacriter, libenter, magna  
cum consolatione, uniformicem Deo voluntate  
pondus aduersitatis perferamus. Insigne fuit  
illud ac magnificum beneficium, quo Deus  
clarissimos sibi & cœlos a delectantes in Baby-  
lonia est inveniens: non eis ignem cui iniicie-  
bantur, extinguendo, sed salutificum ministran-  
do rorem, & qui tali modo ignis temperat ardorem, ut nedium illos non adureret, sed pleni  
divina consolatione in medio fornaci at dentis  
ostambularent.**

*Quali gaudio D. Paulus replebatur, dom-  
ait. Propter quod places mihi in infirmitatibus nus-  
Gloriari in tribulationibus: An decubitis in-  
firmus? pete, quod si taceat Deus, nec tibi verbo  
responder, dando tibi valeundinem pristinam,  
tibi respondebit via virtutis, dabit tibi patien-  
tiam, quā ipsa tibi plus proderit infirmitas,  
quam valetudo Deinopis querens? pete, si tibi  
non respondeat opes largiens, respondebit, dan-  
do tibi vires, fortitudinem, & spiritum Apo-  
stolicum, quo ipsa possis paupertate gloriari.  
Hac omnia pīc pīus Bernard. Dices quotidie oras  
D. B. R. & orationes mee nullum fructum video, nemo  
mibi responderet, nemo loquistur, nemo quidpiam  
lib. de Mid. 6. donat, incassum laborare videor. Sic loquitur hu-  
mana stupiditia, non attendit quid inde veritas pro-  
mittat; dicens. Amen dico vobis: quia quidquid  
tristes peccatis, credite, quia accipiet & sit vobis.*

*Noli ergo vilipendere orationem tuam, quoniam ille  
ad quem oras, non vilipendit eam. Et vnum de duos  
bus indubitanter sperare debemus, quoniam aut  
dabit nobis quod petimus, aut quod nobis non sit esse  
utile. Hoc egit cum muliere hac Chanana, a  
non respondit ei verbo, sed Respondit ei in via  
virtutis sua. Dedit ei fortitudinem, patientiam,  
perseveriam, auxit fidem, spem roborauit,  
accedit charitatem, desideria eius vivificavit,  
cor animauit, quibus ad tantum perfectionis  
proficit gradum, & ut ipse Christo miraculo esse  
videatur.*

*§. 12. Accedentes Discipuli. Christus hos  
eis negat, quod pro muliere hac requirebant,  
ut eis ostendat virtutem.*

*V* T primum Christus huius mulieris audiuit  
libelli supplicem, ita ga veritatem, nec respon-  
dit ei vnum verbum, celeri gradu progre-  
ditur, abit, & quasi illam fugit, illa vero eum pro-  
sequitur, & a tergo inseguens, lachrimosa vocem  
sepius ingemina: *Miserere mei, Domine fili David!*  
idque tam molestè, ut Apostoli rædio affecti,  
Christum adierint. Rogabant cumfidentes: dimis-  
tis: quia clamatis post nos. D. Chrys. ex his verbis D. C. R.  
colligit, quod ipsa Apostolis, tot clamoribus ac Hom. 3.  
eiulacibus fuerit per molestia, ut quasi Christo co-  
quererentur (vt ipse capi) *Liberas nos a molestia, Gen.*  
*libera nos a clamore, quem excitas, &c. Domine,*  
dimite illam: quæ nobis suis eiulacibus ac ploratu-  
ribus caput obtundit. Communis Sanctorum  
opinio credit, hanc Apostolocum pro illa inter-  
cessionem actam ex pia commiseratione: Sancti  
erant, compatebantur, videntes mulierem tam  
afflictam, tanto labore miseram, proinde Do-  
mine: Attende, (amabo te) quā nobis cor trans-  
figat mulier hæc misericordia, cuius calamitas  
nostra perniciem a laniat vicerat, placet tibi  
hæc responso consolari.

*Hinc illud primum collige, Santos nostras  
adiuvare preces, & suas nostris lachrimis mari-  
tare intercessiones: non enim eos Deus minoris  
Sancti nostras  
facit, quam mundi Rex suis familiares: & si  
hos illi exaudiunt, tum quid eos ament, tum  
quid eos relint honorare, ut omnibus innotescat,  
quid apud se multa pollicant auctoritate:  
multo magis audiet Deus Santos suos quos  
pluris facit, & cumulatius honorat, & vult fini-  
cerius ostendere quanti eorum apud se vigeat  
ac possit suffragium. Secundum Nota: cum jam  
illi non possint mulieri dare, quod ipsa petit,  
hos ei dant, quod possunt, scilicet sua illi fauere.*

D. 3. d. 2. & op.

& opitulari intercessione. Piissime dixit, Tobias filio suo: *Quomodo potueris, ita es tu misericors.*  
*Tob. 4. 8.* Pecconia nulla tibi est, quam pauperci eroges? dato panem: Nec panis adest? dato vestem, Veste nudus es? da bona verba, pro eo apud illum intercede, qui illi potest succurrere. Apostolus Christus responderet. *Nos sum missus, nisi ad oues, que perierunt domus Israel.* Sinite illam, haec non est de illo grege ouium, sed descendens ex maledicto Chanaanæ. O Domine, heu quæ verba tam aspera, videris ei omnem occidere aditum, & omnes sp̄i lux funes resecare.

*In Ps. 77.* Notat D Aug. Quod quando non vult Deus aliquid concedere, etiam intercedentibus sanctis, illos prohibet intercedere, sive agari, deprecari. Ita dum statuit non uti misericordia, qua populo suō misericors parceret, non semel præcipit Prophetæ Hierem, pro populo non deprecari. *Tu ergo noli orare pro populo hoc,* & non assumas pro eis laudem & orationem, & non assistas mihi: quia non exaudiem, dum pariter & 24. 11 determinas non concedere sancti ea quæ desiderabat nimis minas illas renocare, quod ei regnum auferret, præcipit amico suo Prophetæ Samueli, ut sibi de hoc negotio amplius non loquatur, non deprecetur ac proinde illi ait: *Vigil quo in luce Saul, cum ego praecerim eum.* Et hoc est secundum litteram, ait D Aug. quod David dicebat, quando Deus præcipiōs totius populi statuerat eneare, quod aures suas petitionibus electorum suorum occludebat, præcipiens ut tacent, nec pro eis supplicant. *Occlit pingues eorum,* & electos Israel impedit. Ita loquuntur, Deo familiares viri sancti, quod illis contingat, quando Deus eorum petitionibus non vult acquiescere, quasi illis os obturat, ne roget: de quibus legitimus graues historias. Hoc, ut sentiuimus Christus egit, qui nedum petitiones non admittit Apostolorum, sed etiam illis os occlit, respondebat frustra esse quod pro illa depecentur: cum non sit ex oibis Israel à Christo congregandis. O Deus misericordiarum, & totius consolationis, quam duro mulierem hanc infirmam excipit flagello! Cœte, ne illam in desperatione conicitas laqueum. Non hoc ipse prætendit: si enim illi discipuli companionantur, multo magis ipse totius misericordia: scutum. Hoc autem agit illi, ansam portavit, qua cordis sui testetur constantiam, & animi sui magnitudinem, ut in illa discamus, qualiter cum Deo negotiemur.

33

Expendunt D. Gregor. Nazian: & D. Chrys. verba Domini ad Iob plena consolationis, tam

illi, quam omnibus suis electis. Querebatur vir ille patiente speculum, quod Deus illi quasi *In Catena* tunc esset: rigidus, proinde ait: *Mutatus es mihi grecum in crud. lem.* Nec sine ratione: multis enim *genib. lob. 3. 12* retributus, suspicis, vocibus querulosis, amaris singulis. Deum in sui rogauerat subsidium, tantisque calamitatibus remedi: m: ille vero tacebat, & dum expectat levamen, longius ab illo discere videtur, & omnino ab illo flectere, non se laurus. Tandem illi Dei fatigari, nosque cunctos in eō eudit; & ubi iusta legit vi. lg. ta lectio: *Condemnabit me, ut iustificetur.* Habet verbo, quam SS. Patres Græc. sequuntur. *Putasne me aliter ubi respondisse, quam Temerari apparetas justus?* Quid me credis velle, dum te vocis ante, ego tacito, & quo tu diligenter fortis instabis, eo ego me longius retrahebam? Arbitratus hoī fuisti, nolle tibi misericordiam impetriri? Misericordia gentium, sed ut apparetas *justus*, ut tibi mundo tua pæciat sanitas invincibilis, robur pectoris insuperabilis, patientia nulla fortior, fixa constantia, virtus admirabilis: que enim tempore durabit mundus, egeris omnibus exemplum eris imitacione dignissimum, quo dicant non fatigari, si supplicantes clamant, quæ non exaudiem, non respondeam, quin me subducam, longius abscedam. Cui scalpelis sartor incidet vellem holofeticam, nisi ut appareat suffulta argento, auroque intexta, quæ subitus abscondebatur? quid intendit Deus dum Abraham amicum suum ad tantas adduxit cordis angustias, nisi ut eius mundo patet fides perfecta, spes firma, tolit peccatoris invicibilis? Hoc idem quoque cum muliere Chananaë hodie meditatur, ut tentent omnes mulieres fortitudinem, constantiam, fidem, quod animo non despondeat, ob primam repulsam, ob nullū Christi responsum, ob eiusdem secessum, ob Apostolis impositum silentium: *Sic ibat Dominus reconditum marginum, quæ latere nos nobis, idcirco differebat, ut repono dignabatur, ut possem omnibus mulieris sedulsi, magna foret doctrina;* D Greg. inquit D. Chrys. Ut tu quoque nouexis, Qua 1a. Ego. 4. tione sit ubi cum Deo negotiandum, quando ille in te, tibi vel non respondeat, aut tuam repellit peritio Tom. nem. Pensat D. Iust. Martyr verba illa Domini Dilectus per Ioram: *Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam quando debeam profere sermonem.* Ira. 10. Ita legit ipse, quod vulgata lectio a habet: *Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sufficienter cum, qui lessit eis verbo.* Si lapient conueniat, nosse quando loqui, quando tacere expedit, arbitratis hoc Depingi, quando taceret sic ratio

ratio postular: quando non responder sic sua-  
der utilitas: quando te suspendit, nec indulget  
postulata, hoc in tuum cedit emolumenatum.  
&c.

9. 13. At illa venit. Orationi necessaria est  
perseuerantia, licet nobis nullus respon-  
deat.

13.4 A Nimum non abiicit mulier, quinimo bene  
intellexit verbis, quibus Christus Aposto-  
lorum reponit suffragio, non hoc atten-  
dit, quod eis peccata non concedat, sed tam pra-  
claris le cernens mediatoribus suffultam, & per  
hoc nouos resumens spiritus gradum accelerat,  
Christo se presentat, eiisque pedibus prouolu-  
ta, clamat altius: Domine adiuua me: O prudens  
negociatrix, quam abunde promota in eo, quid  
necessarium si, vt oratione faustum optatum  
quae adeo placet obtineas; nimirum perseuerantia:  
licet enim tibi verbum non responderit,  
terga veterit, Apollolos repulerit mediatores, in  
eodem tu constans perseueras. Num forsitan  
celitus illius Doctoris audita lectio, quam  
nobis de conditione prescripti orationis, Amen  
dico vobis, si perseuerauerit pulsans, &c. dabit illi  
quotquot habet necessarios? Hoc grauerit accepit  
Deus scilicet, quod cum nobis non concedit ea  
qua petimus, illico languemus, & quasi nos  
repulso, a bituramus. Haec Saulus erat insipientia  
quam tam apposite damnauit. Vates Samuel  
du sequestris facie donibus a Deo postulans suis  
exarmis subdidit, Deo autem illi statim non  
respondente precipit Sacerdoti: Contrahere manum  
tuam, quasi dicat ferigura destitit orare: quia  
oratio eius dicitur, manus letare. O caput in-  
spicuum, quam parum eruditus in modo cum  
Deo negotiandi per orationem quam tam debet  
esse diligenter sapiens, quam perseuerans, ac  
proinde sapienter paulo ante improveraverat  
ei Samuel. Stule registi. Hoc eleganter exposuit  
orationis institutor Rex David: Deus meus, clama-  
bo per diem, & non exaudies; & nocte, & non ad  
insipientiam matri. Deus meus, sol mihi ad portas  
tuas orietur sicut genit aurora, peroranti: & licet  
nemo sit qui respondeat, toto die perseuerabo  
pulsans. & dum sic me pulsante præterlabitur  
dies, nec refacio, ne placitum, non ob hoc sec-  
dam tedium, sed ibidem perseuerans noctem  
transfigam insonis, nec me quisquam ut stulem  
reprehenderet. Non ad insipientiam matri; Si quotidie  
no exemplo, quidam primo diluculo, ad domus  
stuli accederet, fortius, ac sepius pulsaret tintin-

nabulum, nec ullus deintus responderet, si que-  
vsque ad meridiem immotus persistaret, sed nec  
languesceret, imo usque ad noctem perseveraret  
tum demum impetu percuteret ades fortiosi,  
clamores attolleret in celum, & cuncti qui cum  
sic pulsant, sic vociferant spectarent, &  
quotquot in vicinia commorantur, quid aliud il-  
li obicerent, nisi o stultior Terebintho, o barba-  
teinus sapiens: cum neminem videas tibi respon-  
dentem, quid pulsando insistis: tibi nobisque  
frangis caput. Hoc consentio quod eos qui  
homini ades pulsant indecessi: verumtamen  
iis, qui portas Dei pulsant, licet rogent clamant  
vociferant, die vna, nocte vna, anno vno &  
altero, & noui sit qui eis respondeat nulla erit in  
sipientia, si perseverent, quinimo hoc Dominus  
interdit, & stultis si discedant arguentur: hoc  
etenim ad bona requiritur orationem, vt sit  
perseuerans, non vna hora, non uno die, non uno  
anno, sed omni vita tempore. Non ad insipientiam  
ubi. Non ut stultus reprehendat, quia Deus  
meus es tu: Deus meus clamabo per diem. Quiglis Ps. 41. 2. 1  
est ille Deus? Deus viuis: Situit anima mea ad  
Deum forem vinum. Lymphatici erant Sacerdo-  
tes Baal; & vt illos Elimi percitos vider Vates  
Elias. Prima etenim luce Deum suum Baal in: L. 5. Reg. c  
vocabant: Baal exaudi nos. Perstiterunt clamantes  
vna, & altera hora usque ad meridiem qui-  
bus tum Elias per iocum exprobrans, ait, Clama  
te voce maiori, Deus enim est, & forsitan loquitur,  
aut in diverso est, aut in itinere, aut certe dormit,  
vt excitetur. Perseuerabant, & nullus illis res-  
pondebat, irridebat eos Elias, & vt stultos nota-  
bat, quia Baal Deus erat mortuus, examinis,  
intensibilis, coecus non videbat, surdus noa-  
audiebat.

Qui talen inuocat Deum, & continuo stre-  
pitu ostium pulsat eius qui mortuus est, illum ut  
miente captum arbitrare, siue enim ad primam  
vocem non respondet, nec respondebit ad cen-  
tesimam, ad millesimam. At ego, (inquit David)  
Deum adoro sed vivum quem scio, quod me  
audiat, quod me videat, & qui desideret, ut  
cum illo vi instem orationis. Itaque licet  
lucifera meridies, sol occidat, aduerserat-  
cat, pulsans, ac clamans perseuerabo, sed  
ne ut rationis inops redarguat. Non ad insipientiam  
nisi.

Subtiliter expendit D. Chrysost. Quam pra-  
cise narrat Spiritus S. etatis annos Iacob quan-  
do Rebecca in matrimonium iungebatur, & il-  
los, quando peperit ei Iacob. Quando nubebat  
ipsa, Iacob erat auctorum quadrangula, quando  
pariebat

35

*Ho. 49. 38*

*Gen.*